



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Amalphiae, In Apvlia Celebratvm Anno MLIX. tempore Nicolai
papae II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
1059.

tur a simoniaco prouehi, nihil penitus deberent ex ea promotione lucrari, & sic ministrandi iura deponerent, tamquam si hac nullatenus percepissent. Ita ibi.

Præcipuum illum grassatorum, qui Anglis spoliū intulerat, Gerardum comitem Galeriæ, in hac eadem Synodo excommunicatum affirmat Petrus Damiani in defensione Romanæ ecclesiæ aduersus regium Aduocatū, quam infra sub Alexandro positam inuenies.

CONCILIVM AMALPHIÆ,
IN APVLIA CELEBRATVM ANNO MLIX.
tempore Nicolai papæ II.

NOTA.

* *Concilium.*] Amalphia vrbs est Apuliæ, in qua, teste Leone Ostiensis, Nicolaus papa hanc Synodum celebrauit, & Trancensem episcopum, teste Petro Damiani in epistola ad sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, throno deposuit. Probabile est eundem pontificem in hac Synodo duo illa iuramenta fidelitatis & soluendi annui census, quæ ex Vaticano codice recitantur apud Baronium, a Nortmannis exegisse.

Locus &
acta Con-
cili.

CONCILIVM PARISENSE
XXII. EPISCOPORVM, QVO PHILIPPVS
Henrici regis Francorum filius titulo regio condecoratur, & solenni ritu coronatur, anno MLIX. tempore Nicolai papæ II.

* quin-
quagesimo
anno,

ANNO millesimo * sexagesimo, indictione XII. Henrico regnante trigessimosecundo, & quarto Kalendas Iunii, in die pentecostes, Philippus rex hoc ordine in maiori ecclesia ante altare sanctæ Mariæ, a venerabili archiepiscopo Rhemensis consecratus est. Inchoata Missa, antequam epistola legeretur, dominus archiepiscopus vertit se ad eum, & exposuit ei fidem catholicam, sciscitans ab eo, vtrum hanc crederet & defendere vellet. Quo annuente, delata est eius professio: quam accipiens ipse legit, dum adhuc septennis esset, eique subscripsit. Erat autem professio eius hæc:

Ego Philippus, Deo propitiante, mox futurus rex Fran-

Ffff iij